

## Band VII., Nr. 2190, Seite 126-127

*Ritter Konrad Wascher und sein Sohn Konrad verzichten zum Ersatz für den dem Kloster Lorch zugefügten Schaden auf ihre Vogtei über bestimmte Güter des Klosters und tauschen von demselben einen Mansus in Beuren um Güter in Nibelgau ein.*

Lorch, 1271. Januar 7.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. Amen. Igitur quoniam generatio preterit et generatio advenit, necesse est, ut quicquid inter modernos agitur literarum testimonio roboretur, ne antiquitas transeat in oblivionem et posteris generet errorem. Noverint igitur universi presentium inspectores, quod nos Cunradus miles cognominatus Wascher et filius noster Cunradus considerata animarum nostrarum salute volentes satisfacere pro posse nostro monasterio Laureacensi de dampnis eidem per nos in bonis suis illatis renuntiavimus plane omni iuri, quod nobis vel nostris heredibus ratione advocatie in bonis ecclesie memorare, videlicet in Aichistrüt, in Schadensburg, in Wighartisrutin<sup>1</sup>, in Tainbüch<sup>2</sup>, in Klozhaim competere aliquatenus videbatur. Preterea concambium fecimus cum prefata ecclesia presente venerabile domino Úlrico abbatte et conventu eiusdem monasterii, tradentes ipsis libere bona nostra in Nibelgôv<sup>3</sup> cum omnibus suis attinentiis hereditario ad nos titulo devoluta, recipientes nichilominus mutuo ab eisdem mansum in Buron<sup>4</sup> cum omni iure, quo ipsum hactenus possederat ecclesia Laureacensis.

Acta sunt hec anno domini MCCLXX primo, indictione XIII., monasterio Laureaco, secunda die post epyphaniam domini. Testes autem huius sunt contractus: dominus Ber[tholdus] prepositus Madelbergensis et suus capellanus Ber., necnon dominus Egeno miles ac frater predicti militis, fratres quoque et domini ecclesie de Lorche Rüdegerus prior, Willehelmus, Rüdolfus, Gebezo, Reinwardus, Berngerus et alii fideles plarimum fide digni. Ut autem hec renuntiatio advocatie et concambii firmatio a posteris utriusque nostre partis non possit in irritum revocari, presentem paginam prefatis dominis de Lorche sigillo venerabilis domini B[ertholdi] prepositi de Madelberg ac sigillo fratris nostri Egenonis cum nostro proprio sigillo assignavimus roboratam.

<sup>1</sup>Heute Schafhof, Welzheim, WN.

<sup>2</sup>Großdeinbach, Kleindeinbach und Hangendeinbach./FNT  
gt;

Klotzenhof.

<sup>3</sup>Abgegangen bei der Meuschenmühle (früher Nibelgaumühle), Alfdorf, WN.

<sup>4</sup>Wäschchenbeuren.

## II

---

Der Textabdruck folgt dem Original.

Von den ehemals an blauen Leinenfäden anhängenden Siegeln ist nur noch das zweite erhalten: Das schildförmige Siegel des Egeno von Staufen, an den Ecken beschädigt, c. 50, c. 42 mm (IV. A. 1.): Ein Querbalken, Umschrift: + *Sigillum . EGENONIS . DE . STOVFIN* .

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 500 U 522

**Editionen:**

MARTIN CRUSIUS: Annales Suevici sive chronica rerum gestarum antiquissimae et inclytiae Suevicae gentis [...], 3 Bde., Frankfurt am Main 1595-96, Bd. 3, 2, 22, S. 127. Sattler: Geschichte Württemberg, Beilage, S. 706.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Lorch

**Ortsindex:**

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)  
Adelberg - Kloster, Adelberg, GP  
Aichstrut Wohnplatz (1643)  
Aichstrut, Welzheim, WN  
Großdeinbach Wohnplatz (4836)  
Großdeinbach, Schwäbisch Gmünd, AA  
Hangendeinbach Wohnplatz (4839)  
Hangendeinbach, Schwäbisch Gmünd, AA  
Kleindeinbach Wohnplatz (4854)  
Kleindeinbach, Schwäbisch Gmünd, AA  
Kloster Lorch Wohnplatz (4658)  
Kloster Lorch, Lorch, AA  
Klotzenhof Wohnplatz (4659)  
Klotzenhof, Lorch, AA  
Lorch Wohnplatz (4660)  
Lorch, AA  
Meuschenmühle Wohnplatz (1244)  
Meuschenmühle, Alfdorf, WN

## IV

Schadberg Wohnplatz (1404)  
Schadberg, Kaisersbach, WN  
Schafhof Wohnplatz (1663)  
Schafhof, Welzheim, WN  
Wäschenbeuren Wohnplatz (838)  
Wäschenbeuren, GP